



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

De Baldemaro, Hvivs Loci Qvarto Abbatе; Qvi præfuit annis 7. mensibus  
11. diebus 17. & de gestis illius circa præsens monasterium.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

qui sex annis Prioris officium gessit, & postea sub Baldemaro abbatte depositus fuit, causam depositionis non aliam habens nisi quod nimium in obseruantia monastica videtur remissus, scipioque admonitus emendare contempsit, quæ causa plus quam sufficiens fuit ab omnibus comprobata.

Hoc anno S. Hildegardis virgo Christi, monialis nostri ordinis, fundatrix & Magistra cœnobij sancti Ruperti iuxta Bingen 15. calend. Octobris moritur, anno etatis sua LXXXII. in dictione xiiii. sepulta cum magno honore ante maius altare præfatae ecclesie, astantibus multis honorabilibus personis & tota congregatione. Haec sancta virgo diuinis reuelationibus visitari à iuuentute sua meruit, ex quibus multa iussione diuina ad utilitatem posterorum conscripsit. Verum cum esset Latini sermonis ignara, & preter simplicem psalmodiam nihil ab homine didicisset, interno Spiritus sancti magisterio edocta, omnem scripturam positionem seu constructionem orationis perfecte intellexit. Reuelationes autem suas & visiones cœlestes partim Latino partim Teutonico protulit eloquio; quas Gotfridus monachus S. Disibodi, capellanus & confessor eius, fecit latinas & cōgruas; redigens in eum ordinē & formam in qua hodie leguntur. Inter cetera vero eius volumina, magnum in codice loco volumen, epistolas eius ad diuersos, Homiliae, vidas sanctorum, & alia qua diuinitus edocita edidit, continet: quod moniales istius loci eam propria manuscripsisse falso confirmant, cum & latini sermonis fuerit ignara, & ad scribendum proper crebras infirmitates & humidum caput penitus indisposita. Nihil enim eorum, quæ ibi ostenduntur hodie, propria manu scriptisse credendum est; quippe cum nesciret scribere, sed prefatus monachus omnia vel scripsi vel scribi procuravit.

M C L X X X I.

Hoc anno Adelgerus abbas huius monasterij tertius, obiit 6. nonas Iulij circa horam XII. in media nocte sepultus in choro fratrum ante gradus presbyterij: sub cuius abbatis regime fratres bona fuit disciplina regularis in praesertim loco, & summa charitas inter fratres ac religio deuotio, quia fama circumquaque laudabiliter diffusa, magnam fidelium populorum reuerentiam promeruit. Vnde quamplures largas huic loco elemosynas cōferentes, fratrum se orationibus commendarunt, nec solum in vicino consistentes beneficij suis fratrum inopiam relueant, studebant: verum etiam de remoris locis homines fratrum deuotione prouocati huic loco elemosynas transmiserunt. Inter multos autem ponemus vel vnuim, ut dictorum veritas comprobaretur. Sic enim inter cetera fratres cuidam largienti sua huic monasterio scripterunt: Beate memoria Wernerius, pastor S. Columbae in Colonia, decem marcas dedit pro vinea in Monacha emenda, ut annuatim et vel cognato suo Wilhelmo, abbas in Sponheim carthaginis vini persolueret. Post discessum autem aunculatu Wilhelmu vineam supra memorata ville accepta plena fraternitate ad usum fratrum obiulit, ut in anniversario Domini sui in pane & vino macrificque piscibus plenam charitatem habentes, gaudent in Domino, gratias ei pro hoc beneficio agentes. Quod ut ratum semper habetur, presentis pagina attestatio sub abbatis anathemate firmatum est, ut signis hoc cassare voluerit, vel cassauerit, deleatur de libro viueptum, & cum iustis non scribatur, nisi per penitentiam & satisfactionem respuerit. Ceteras autem donationes fidelium huic monasterio sub Adelgero abbatte factas, cum plures fuerint, ad tollendum fastidium recensere hoc loco non volumus.

DE BALDEM ARO. HVIVS LOCI QVARTO ABBATE; QVI  
prefuit annis 17. mensibus 11. diebus 17. & de gestis illius circa præsens  
monasterium.

**A**DELGERO autem tertio huius monasterij abbatte (sicut diximus) mortuo atque sepulto, duo ex fratribus non fuerunt præsentes, quorum expectatio aduentu, & tertia demum comparentibus, hoc est, 3. nonas Iulij, prior Eberoldus vna cum fratribus conuenit, ratiis de noui abbatis electione coepit habere tractatum, & post multos tandem tractatus, à seniore parte conuentus Baldemarus monachus huius loci, qui cantoris & armarii officium multis annis gesserat, fuit in abbatem electus, in quem & ceteri omnes vñani miter prebueru conuenit. Qui ordinatus à Christiano archiepiscopo Moguntino huic monasterio præfuit annis XVII. mensibus XI. diebus 17. vir satis religiosus & expertus in utroq; statuorum claustralium. Hie fuit è coinitatu Sponheimensi oriundus, in villa Creutzennacht, parentibus secundum seculum honoratis progenitus: qui sub Craftone abbate ad monasterium veniens monachus factus est, cum annorum esset 18. iuuenis bona indolis, & iam non mediocriter in principijs literariae institutionis eruditus. Sororem habuit hic in Clauſa cum alijs sanctis virginibus pro Christi amore reclusam, quæ conuersio-

Y 3

no archiepiscopo Moguntino  
ouide annis 6. menie.  
lberga ciuibus Mogun-  
tis parentibus in cui-  
parum in scripturis ma-  
gentia superauit. Dende  
tum orbe famosissimi  
omni sc̄ientia, tam ciu-  
guntiam reueruit, &  
multos ingeniosissime  
cernens multos per ab-  
cis pro Dei amore de-  
cōuersatio sine gre-  
quam molesta. Deni  
fratribus utilem pa-  
endum instruere. Sub

m altare ad latram con-  
bisdem Aquilonarem  
iuita.  
Treuirenſi, 12. calend.  
undi huius monasterii,  
trix feruentissima fuit,  
implius quam Doce-  
ritatis decessit anno  
indictione nona. Seq-

bij, monachus quo-  
hu missus, obiit hoc  
Cellerarij strenue gl-  
charitate necessitan-

Megenhardi Comitis  
anno 13. cal. Decem-  
bris sanctitatis perdidit.  
achum suum misericordi-  
i inde reuertens, inter-  
tauit, quæ cum magna  
decore ecclesia & re-  
cas de lignis superdosis  
& ornauit. Inter multa  
parauit, conspicibilis  
volumibus, per mo-  
& librorum facies lab-  
iacobi in mōre specio-  
episcopi dirutis tradit-  
christianis archiepiscopis  
anno Domini MIII.

Prior huius mona-  
stros 12. de monasterio S.  
aris, disciplina aman-  
nstitutis reliquias, he-  
res instituit. Post eius  
monachū satiſendit,

S. Hildegardis  
du moritur.

S. Hildegardis  
du eruditus.

Adelgerus  
abbas ter-  
tius mori-  
tur.

Multa be-  
neficia huic  
loci colleca-  
ta.

Baldema-  
rus abbas  
quartus.

Cœni  
nach villa.

*Clausa ampliatur.* illius ad religionem vel magna occasio fuit, cuius nomen erat Vdegeba, monialis valde deuota & sancte conuersationis, quae illum suis admonitionibus dulcissimis conuerit. Factus autem abbas precibus & amore vietus sororis, inclusorum nimis angustum ampliavit, & vsque ad duodenarium numerum forores in eo, Christo seruientes congregauit, quae omnes de portione paternarum hereditatum suarum & de laboribus manuum, sine huius monasterij incommodo, in communi viuebant.

M C L X X X I I I .

*Christianus archiepiscopus morsus.* Christianus Archiepiscopus Moguntinus obiit, & Conradus restituitur, quem Imperator Fridericus propter adhesionem sedis Apostolicae expulerat, prae fuitque annis 17. & scripsit titulum sic: *Conradus Dei gratia Sabinensis episcopus, sancte Moguntine sedis archiepiscopus.* *Conradus archiepiscopus restitutor.* Postquam nos diuina clementia post longum exilium nostrum Moguntine regimini Ecclesia restituit, ex officio nobis à Deo iniuncto, quia tenebamur & tenemur uniuersaliter nostra in crucifixione & propidere, omnia que ad rectitudinis statum & infinitam vigorem benignus formare, &c. Retinuit autem hunc titulum cum Episcopatu Sabinensi, quem fugato sibi (sicut supra dictum est) Alexander papa contulerat, quamdiu vixit.

*Creutznach Villa concrematur.* Hoc anno 13. cal. Augusti in villa Creutznacht magnum incendium fuit exortum, per quod multæ domus combustæ sunt, & magna illata damna.

M C L X X X I I I I .

Hoc anno Baldemarus abbas magnam domum ad orientalem plagam (que modo est Refectorium inferius) & dormitorium fratrum superius adificauit, pro susceptione hospitum, à domo Abbatiali, in qua diuersas mansiones more veterum construxit, quæ omnes postea in aliam formam mutatae sunt.

*Lugardis monachus moritur.* Hoc ipso anno Lugardis virgo monialis inclinata h'c, valde deuota, filia quandam Euerhardi militis de Sobernheim, 8. cal. Nouembris obiit, & in claustro huius coenobij sepulta fuit, de qua ferebatur, quod etiam visiones & reuelationes angelicas sepe habuerit.

M C L X X X V I I .

*Eberoldus deponitur.* Hoc anno Eberoldus tertius Prior huius coenobij per Baldemarum abbatem deponitur, propterea quod nimis remissus in obseruantia disciplina regularis videtur. Hunc in Prioratu quartus succedit Rupertus monachus valde venerabilis & obseruantia regularis amator, cultor & iurator strenuus, qui mortuo Baldemaro in eius locum polca abbas electus est. Hic fuit natione Thuringus, honestis parentibus exortus, in scripturis tam diuinis quam humanis multum eruditus, de quo suo loco dicemus. Bibliothecam proximis suis multum ampliavit, & multa volumina scripsit, & scribi fecit.

M C L X X X V I I I .

*Murus humus monasterii in circuitu absolu-*  
*titur.* Baldemarus abbas murum in circuitu monasterij huius construxit & perfecit, quem Crafto abbas dudum incipiens & morte præuentus non consummauerat; quia non omnina in principio necessaria poterant compleri.

*S. Hildegardis monachus.* Hoc ipso anno mo: irit Hildegundis virgo 12. cal. Maii in monasterio Schonaugenfi, Cisterciensis ordinis in dieceesi Wormatiensi, quæ sub habitu virili sexum muliebrem occultans, inter nouitios ibidem fuerat suscepta & nomine suo tacito se Iosephum appellauerat; cuius historiam Casarius monachus Heisterbacensis in prima dialogorum suorum distinctione \* conscripsit.

M C L X X X V I I I I .

*Ida comitissa de Sponheim monialis facta.* Hoc anno Ida comitissa de Sponheim monialis facta est in coenobio S. Ruperti apud Bingas, mirabili visione sibi facta cœlitus inducta, ubi in sancta conuersatione arcifissi, maque poenitentia viuens omnibus castimoniae & sanctitatis exemplar fuit. Soror eius fuit virgo illa sanctissima Margaretha de Hohenfels, in eodem coenobio Priorissa multis annis, quæ miraculis elatuisse in vita perhibetur, & festum commemorationis eius in 4. calend. Nouemb. peragitur.

M C X C .

Hoc anno in vigilia S. Iohannis Baptista fuit generalis & magna Eclipsis.

M C X C I I .

Baldemarus abbas, anno regiminis sui 12. quandam discordiam cum villanis de Sponheim ratione pascuorum & nemorum habuit, quæ tamen per comitem Gerlacum & alios bonos amicos de consensu partium sedata est.

*Albertus Magnus secundus Ruperti Prior.* Hoc ipso anno Albertus, Magnus postea dictus, in Lausingen Suevia nascitur.

Etiā hoc anno Rupertus Prior huius loci mirabilē visionem vidit, tā pœnarum infernaliū, quam etiam gaudiorum Paradisi, quā cum minus consulte reuelasset, paralysi gravitit.

grauiter percussus, quasi ad anni spatium diuinitus pro pœnitentia ægrotauit.

M C X C V.

Hoc anno Baldemarus abbas villam, quæ dicitur Argenschwang, cum omni iuris-  
dictione, iustitia & proprietate eius comparauit pro xx. marcis argenti à comite de Spon-  
heim, cuius aduocatiam in foedus \* dedit Erifrido de Sponheim militi.

*Argen-  
schwang  
ematur.  
f. seudum.*

Hoc ipso quoque anno Conradus comes Palatinus Rheni, dux in Heidelberg & Ir-  
mengardis vxor eius, præposituram cœnobij monachorum nostri ordinis in Nuyven-  
burg Wormaciensis diœcesis, in monasterium sanctimonialium eiusdem ordinis com-  
munitauit, primam abbatisam instituens Cunegundem ordinis religiosam valde virginem, con-  
sente ad omnia Sigenhardo abbatte monasterij Lautisensis, ad quem ipsa præpositura  
Nuyvenburgensis pleno iure & sine aliquo medio pertinebat.

M C X C V I I.

Hoc anno Vdegeba soror Baldemari abbatis, monialis hic apud nos inclusa obiit IV. Sex monia-  
des lujil, virgo sanctæ conuersationis, quæ multis annis omnipotenti Deo in magna de-  
uotione seruauit: Obierunt & aliae quinque sorores non diu post eam successive, quarum Vdegeba,  
ista sunt nomina: soror Walpurgis VIII. calend. Augus., Gertrudis III. idus Augus., Adel-  
heidis XII. calen. Septemb., Lucardis VIII. calend. Septemb., & Otilia XVI. calend. De-  
cembris in nocte circa horam vndecimam, quæ fuit filia Henrici militis de Creutzenacht,  
virgo speciosissima, & non minus conuersatione quam sanguine clara, quæ multis virtu-  
tibus enuit. Remanerunt autem sex vel septem numero, quæ etiam in breui successi-  
ue obierunt, nec fuerunt in locum carum tanto numero recollectæ, quanto prius, sed  
multo pauciores.

M C X C V I I I.

Hoc anno villula quæ dicitur Bockenau, XV. calend. Ianuarij fuit incensa per quen-  
dam profugum rusticum, & ex toto fuit igne consumpta. Ipse autem deprehensus postea  
profacto tam nefario iudicialiter fuit combustus.

Eodem anno Drutvinus Scultetus in villa Sponheim per comitem Gerlacum ca-  
ptus & decollatus fuit pridie cal. Iunij propter homicidiū crimen.

M C X C I X.

Baldemarus abbas huius cœnobij Sponheimensis quartus hoc anno moritur x.ca-  
lend. Iunij, & in claustro ante ianuam ecclesiæ sepelitur, anno etatis sue 1.111. nondum  
completo. Vir bonus & religiosus, qui huic monasterio tam in spiritualibus quam in cor-  
poralibus utiliter præfuit, & multa bona fecit. Huic in abbatia succedit Rupertus Prior  
huius loci.

DE RUPERTO ABBATE HVIVS MONASTERII QVINTO, QVI  
prefuit annis XIII. mensibus II. & de gestis circa presens monasterium.

**A**NNO Dominicæ incarnationis MCXCIX, Indictione secunda, post mortem Domini  
Baldemari abbatis bido, hoc est, VIII. calen. Iulij conuenerunt in vnum fratres pro-  
noui pastoris electione celebranda, & inuocata ex more gratia spiritus sancti, vnanimi-  
ter in abbatem loci quintum, virum doctum & valde religiosum, non minus in con-  
silio prudentem, quam in actione maturum: qui post diuinam humilemque sui excusa-  
tionem, vixius in flantia fratrum regimen pastoralis curæ suscepit, in quo huic monas-  
tero annis XI. mensibusque IIII. strenue præfuit. Fuit autem in abbatem ordinatus *Discordans*  
anno sequente a Sifrido archiepiscopo Moguntino in ecclesia sancti Albani; quia Con-  
radus archiepiscopus à Lerotolymis rediens, aliquandiu in Italia se constituit, propter dif-  
fensionem inter Philippum & Otronem de imperio contendentium. Posteaque ad  
50 Moguntiam reuersus moritur anno sequenti, sicut dicemus. Rupertus autem iste abbas *Ruperti Gi-*  
exprouincia Thuringorum oriundus fuit, parentibus honestis, mediocris fortunæ, qui *ta antea-*  
literis ab infante (vt ita dixerim) traditus, in omni scientia tam seculari quam diuina æ-  
tate proficiens eruditissimus eus sit. Et primo quidem in patria sua rudimenta iuueni-  
lium studiorum percepit, deinde in Galliam se contulit, indeque reuertens post aliquot an-  
nos, cuiusdam patriota sui admonitione hic detentus monachus factus est sub Adelgero  
venerabili abbatte, cum esset annorum fere XXIII. Postea vero quam sanctæ conuersa-  
tionis habitum assumpsit, tam devote, tam religiose & inculpate in medio fratrum conuer-  
sus fuit, ut magister omniū in obseruantia regulari videretur & esset. Vnde post aliquot